

man ac hamorem in sanem, corruptio-
ne sanguinis; & quando pus conficitur,
maximi sanè dolores, quos corpus dete-
rius fit, si corpus. Dolor vulnèrum, pon-
gentium spinarum, clamorem excitat; sed
in huiusmodi tractu amplius vulnerabitur
qui clamat: quandoquidem circumscrip-
tione iudicum, spina pungens impelle-
tur interorsum. Ridebunt vulnera, quip-
pe ex illis complacentia: siquidem totam
fortitum effectum, malignitatis excogita-
tum propositam. Caute dirigendi queri-
monie processus cum huiusmodi lycophan-
tis iudicibus. Repetere, afflictionibus
esset malagma anodynum, prorsuam in-
telligenter spinæ vestræ rhamnium: ac præ-
cognito exitu, pravoque glomerato iudi-
cio; medicamen efficacius & presentius
est patientia, dum configitur spina: igitur
tantummodò, si gliscit iudicum furor,
ex iudicio doloris vehementior dolor. Ca-
vent clamorem & timent à patrata iniqui-
tate: unde qui videtur rectus, quasi
spina de sepe; quoniam si accesserint in-
lariarum iudicem incusantes, sunt in pro-
cinctu punctiones spinarum & punctiones,
*Naturalis sepimentum est, quod obseri solet
virgultis ac spinis* (inquit Varro, lib.
1. de Re rustic. cap. 14.) quod habet radi-
ces viva sepiis. Additque Columella, lib. 1.
cap. 3. Oportantiora, palmarum, rubus &
spina. En apparatus spiculatorum virida-
rij iustitiæ; quasi fas non esset illam vi-
dere; simulque illius emineret speciositas,
sicut illium inter spinas. Nemo mortalium
cui iustitia non grata, ni sibi adversa. Per
iudices regitur, sed ad nutus. Illi si integri,
liber in tribunal atque pervius introitus.
Sin autem, ne illi nunciator, nec
sciam vulneratam esse; spiculatores adhi-
bent pro maiestate, sibi consulentes, dum
obsequio gelliant se iustitiæ adulatores: &
ubi ita videntur blandiri iustitiæ, sunt ut
pallurus ac spina de sepe; quippe ne in-
grediantur in tribunal afflictorum clamores,
vel sepes horridis vallantur spinis, ut
antequam innocentia laeta vociferans in-
grediantur, inflictiis mucronibus usque ad
necem vulneretur. Quantum dolor ex dolo-
re! Sæpe comprimunt arte.

*Est in eis pietas crocodili, astutia hyane:
Cum fiet, & appellat te blandius, insidiatur.*
Ait Mantuan. 4. Eclog. v. 208. Haud mul-
cimen, ut querulis facissetur, sed studium,
ut clamor cohibeatur; in gloriationem
glomeratorum iudicum, ne audiatur cla-
mor in plateis eorum. Non felix Respu-
blica, huiusmodi impostoribus iudicibus.

Hand dic-
tar vulne-
ra, de illis
quibus com-
placentia.

Varro.

Columell.

In tribunal
iustitiæ adi-
tur interclu-
ditur inno-
centie.

Mantuan.

A tyranno
moleatur, ut
facilius de-
cipiatur.

Beatus populus, cuius Dominus Deus
cius.

25 Alijs AA. hæcine spina dicitur
spina, seu sentis canis. Græcè, Cynosbaton.
Vid. Columell. quò dudum. A Levin. I. Enn.
ubi supr. cap. 12. Spina alba canisido flus-
ulo. Præ se fertur iudicum lycophantia, dum
causis fictis volvuntur embolia, ne patet
technæ & evanescent in innocentes insi-
diæ, dum in die speculationis causarum
scrutatur iustitia, quid bene vel secus ges-
tum. Clamat innocens, tribulationes pati-
ens; verum qui postulat, iudici fa-
vet & obsequitur princeps; quin retalien-
tar damna, imò crescant nocumenta: tunc
que confertur superior iudex sentis canis &
spinae albensis floris; quippe iustus dece-
ptus præcogitans in iudice morum cani-
dorem, invenit canem talsicam. Allicie
debilem fidâ pietate, qui mala, malè ma-
chinatur in corde, quasi additus publico
muneri, stoculis candidis larvata iustitiæ
pro solamine pectoris, medicamine vul-
neris; sed illecebræ tenduntur; ut ampli-
ficer cordolium. Quare iurè comparatur
canis spinæ, crocodilo, astutia hyane,
quia minime trahit, ut amice audiat &
exaudiat, sed ut truculentissimè innocen-
tem deglutiat. Laborare oportet in geni-
tu, quanvis sit & violenta pradatio cum
tumultu, suffocata honoris fama, atque
bonorum cum gaudio sumpta rapina; nè
debaechetur furens iudicis insolentia, pro-
teçtores infamans, procuratores castigans,
ut abscondatur iniquitas, quàm temerè est
adorfa potestas: & quidem cum careat
lege, conatur enixè defendere potestatem;
quia nemo dicere potest impunè, cur ita
facis? Quia voluit, potuit: quia potuit,
fecit; & quia fecit, intrepidè sine rubore
perficet, procedetque ultra, etsi conti-
nuò irruat fulminibus æthra; etenim hu-
iusmodi inflatæ pectoris arrogantis cogi-
tationes sunt munimina tyrannidis, ut per-
sistat semel factum, quantumvis delirantis
ratiocinium. Videns dignitate tumidum,
contemplare vel indignitate timidum. Se-
se cavet, ut consulari sibi: ideo vallatur
vepribus, sulcitur mucronibus, circum-
sepitur spiculis; ne approprient verba in-
nocentis. Que videtur afflicto repulsa, per-
pendenda est uti gratia: igitur minoris est
molestia, videre spinosam palurum; quàm
inter vepres & vepres invenire pro iudice
canem rabidum.

Levins
Lemna

Levo

Delepiatut
iocuist.

Plutarch.

Ovid.

Vasfrices
maligni non
nosci, & do-
lo concha
perficere, at-
que per ne-
fas desin-
dere.

Quo sensu
princeps re-
bus iudicis
cipitur

DIDASCALIA II.

Nulla potestas in potestate
Præsidum, sine culpa
Subditorum.

sola notitia adhereret iudicibus: equidem
nec locus esset timori, si scirent turbide
protegendos à principe. Nostrates: *A que
no se estendieran sus tyranias; si superior,
que teniam guardadas las espaldas?* Ius est,
incumbere in iustitiæ maiestatem, haud ve-
rò in iudicem, nisi pro reverentia muneris,
& honore dignitatis; quippe qui illos sper-
nit, principem etiam lusque deque facit.
Ceterum pro actionibus iudicum sine exa-
mine primum dictamen; extra Chritia-
nam, imò rationalem recto moderamine
politice; igitur cum facilius sit in lubrico
cadere, quàm distantem ut ruat, in lubri-
cum pervenire; esse scutum indicantium iu-
stitiæ esset præiudicium: etenim favor non
iuris numen, sed dominationem iudicum
rofoveret in tyrannidem; cuius principem
profectò poniteret, quum corrigere non
posset. *In Rhee ventre tempore Saturni
erant omnia demonia:* inquit de *Isid. &
Ofrid.* Plutarchus. Ætas Saturni, ætas
aurea, de qua Ovid. 1. *Metamorph.* Fab.
3. canit:
*Aurea prima sata est ætas, qua vindice
nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectumque co-
lebat.*
*Pœna, metusque aberant, nec vinda minacia
collo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui; sed erant sine iudice tuti.*
Si in ætate aurea, adhuc demonia, quoniam
non in plumbea, aut ferrea? Tendunt ocu-
li subditorum in iudicem, tanquam iniu-
riarum vindicem; quippe uti Numen ha-
beret, & infulis honoratur. At cum affe-
ctionibus quandoque retorqueant ius, &
perficant quod non fas; in quibuslibet iu-
dicis, imminere debet non scutum, sed
iudicium iudicis superioris: igitur si peti-
tur à pravis auxilium; est iniuriatis, que-
rulisque tormentum, invenire pro Numi-
ne, quasi in Rhea, omne genus demonio-
rum. Recedent utique à fucate iustitiæ tri-
bunali, ne plus affligantur qui ab iniquis
afflicti: etenim potius patientur illatum in-
commodum, quàm in iudice offendere to-
rum infernum. Duceatur pravi potestatis
dignitatis, sicutque ex iudicibus demones;
potissimè si princeps postulat in animæ de-
siderium, in quibus sese promissit scutum.
Nunquam ficine virgo iustitiæ, corrupta
causa: equidem, ut ait vel Ethnicus, 1.
Achileid. v. 403. Rumpere
*Iura, fidem, superos, unâ calcata rapina,
Hoc fecidus.*

Iudices ut
iudicent pro
be, sem-
per debent
timore in-
dicari.

Plutarch.

Ovid.

Sine formi-
dine superio-
ri potesta-
tis, iudices
demonet.

Stat.

Tom. V.

Pauli sententia est, ne exerceas
tur prava tyrannis, prolu-
bio Præsidis, atque dignitatis crotalis. *Bona
est lex* (inquit) *si quis eâ legitime utatur;*
sciens hoc, quia lex iusto non est posita. Lex
ergo iusto posita non est, quia uti iustus
exactè vivit ad ius. Unde si lege pleçteretur,
pleçteretur sine lege; quippe illa iudex non
uteretur legitime; perperam sanè ad semi-
tam recitadinis reducitur, qui non trans-
greditur; longèque erit à legis potestate, si
non sub lege; igitur nullus potest esse legi-
s legimus utus, quoniam qui iustus,
non iustus, poenæ legis sit obnoxius; cum
nequaquam insignatur legitime poena, si
non interfuerit culpa. Mirificè Augustin.
in *Psalm.* 1. *Aliud est (ait) esse in lege, aliud
sub lege. Qui est in lege, secundum legem
agit: qui est sub lege, secundum legem
agitur.* Quare si iustus puniatur, erit vin-
dicta ultra legem; etenim iustus uti iustus
intra legem semper habuit voluntatem.
Calcari non potest, nisi inferior, & lex
inferiore sublimior: hincque iniuste iustus
legis perpetuatur poenas, cuius iuxta legem
semper claruit exactè voluntas. *Iniuste
persecutionum tormenta sustinet, qui cum
nihil legibus debeat, graviora latronum
sustinere cogatur supplicia. Qui loquatur
iuste, & non audiat: qui loquatur ple-
na salutis, & impugnetur. Gratis igitur
(inquit Ambros. in *Psalm.* 118. Odonar. 21.
v. 1.) persecutionem patitur, qui impu-
gnatur sine crimine. Gratis, quippe iuxta
exlegem voluntatem iudicis, nequaquam
præscripta legis. Non potest esse sub lege,
qui in lege est. Lex bona, quando legitime
à iudice usa, & iusto non est imposi-
ta: igitur aliter, non decreta à tribunali
iustitiæ, sed duntaxat à cathedra pestilen-
tiæ. Dum iudex iudicat, haud attendere
debet potestati, sed legi; quia citra legem
iudex nullam habet potestatem, nec iudex
legitimè, nec potestas potestas sine lege:
igitur si auctoritas non à se, & potestas di-
gnitatis solummodo à noxa sit; quicquid
egerit in iustum, erit plenè temerarium;
quippequàm iurisdictionem iudex ambi-
tu non subditum.*

1. Timot. 1.
8. 9.

Perperam
poena; ubi
non noxa.

Augustin.

Ambros.

Non potest
fas potest
sine lege.

H

Opi

2 Optimè in circino expressa potestas iudicis ab auctorata potestate legis. Ita hieroglyphico epigraphæ: *Dirigo & dirigo.*

Petra Sanch.

Adi Petra Sanch. de *Symbol. heroic. lib. 1. cap. 3.* Circulus perfectionis signum est pro regimine orbis, cui incumbunt Principes.

Cur regimini per se in circino?

Pier. Valerian. *lib. 39. cap. 10.* Non intendere debet iudex in regimen tantum, sed in perfectionem regiminis inferiorum. Ille regat, sed lex rectoris regimen dirigat: igitur quæque temerè direxerit sine lege, erunt sine directione; quippe sine regentis perfectione legis, iudicia profectò prærupta temeritatis.

Ovid.

Quæ regat ex aquo, vicibusque regatur ab illo.

Canit Ovid. ad *Pison. v. 125.* Hæc concordia iudicis & legis, ita ut sine illa nulla expediatur sententia: equidem cum sit rectum undecunque iudicium, quod ab illa directum; probabit prudentia quicquid agitur, si à lege iudex dirigatur: quandoquidem sine legis dirigentis directione, iudicis optatum regimen sine regimine.

Sine lege, regimen sine regimine.

Mutuo se sibi iudex ac lex præsent manus in nobile muneris munus; ut in causis spectabile iudicium plenè felicem nasciscatur exitum: igitur haud spectabile erit, modo iudex dirigat potestate, quod debet dirigi à lege. Apposîtè *Ovven. lib. 2. Epigram. 166.*

Ovven.

Rex regnat solus: cur non regit omnia solus? Qui regis & regitur, rectus ille regit.

Eccles. 4. 10.

Hac igitur causa dicitur à Salomone, *Va foli.* Solus iudex sine lege, & etiam potestas sola, modo absint iura. Ubi corripitur iustus, iudex omninò solus: equidem cum non habeat comitem legem, in innocentem vel potens nullam habet potestatem. Ratio ad manum. Iudex solus cum potestate est infans, & quia infans, coercendus. Iam totum iudicium perperum, ubi sine iudicio iudicium, quod abforbit potestas, & infatuavit iniquitas: etenim si potestas dirigenda semper à lege; furor sanè, si regat, quæ debet dirigi. A lege igitur pendet iurisdictionis, non à iurisdictione directio; quippe tunc iudex faceret, quod placeret, non quod licuisset unde si tantum licitum, quod ad amussim legis; & iniquum, quod ad legem duntaxat iurisdictionis; infatuabitur iudicium: igitur iudicium sanè infatuatum, quod potestas malefuaa dirigat arte directivam legem, & in innocentem iudex absque ulla lege dirigat iurisdictionem. De iudicibus Israël, antequam essent Reges, dicitur: *Quando iudices præstant.*

Rah. 1. 1.

Hebr. *In diebus, quibus iudices iudicabant.* Hebr.

Quorsum iudicium, si indicatur ministrum? Ut constet iudicium vel non iudicium: equidem nullum iudicium in iudicis munere, si iudicium sine lege.

3 Altruanus firmiter in morales instructiones asertum, delicantes illustre singulare testimonium. Assertor N. discipulorum conspexit ambitionis flammam, illis exponens, in præcipitia quam lubrica dignitas: igitur faciles animos in auctoritatem fallaciter afficit, verum deorsum insidiando subvertit. Clamat, qui expertus in *Othavia, à v. 371.*

Cur tironi fallax?

Quid me potens fortuna, fallaci mihi Blandita cultu, forte contentum mea

Senecæ.

Alte extulisti; gravius ut varem, edita

Et fortuna.

Receptus arce, totaque prospiciens metus?

Melius latebam procul ab invidia malis.

Ergo Salvator vocans eos, ait illis: *Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis; & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est* (Matth. 20. 26. *erit autem in vobis.* Utiq; igitur servietis Apostolico muneri; servientes imposte muneris dominationi; quippe omninò ethnicum, assumi in dignitatis fastigium; ut qui fortuna servi ingrediuntur, ut magnates principentur, faciantque insolenter culmine dignitatis, quod iure refugit statura conditionis: quæ quidem dum magis ac magis infulis decoratur, magis deaurata cognoscitur; equidem quantumvis auro rigent, minus splendent. Principes sunt & dominantur. Aptius & gloriosius essent principes, si dominarentur ipsis principibus leges; ne regetur, qui regendus, cum ignominia detestandi principatus: igitur rationis relinquatur absolutum imperium, propter regendorum præsidium irrationale dominium. Si ex regimine gloria, haccine constitutione turpissima: quandoquidem prævalerunt auctorata nequitia, ubi dominium fulminatur pro lege. *Virga directionis, virga regni tui.* Virga quasi insigne regni, & virga maiestas virgæ. Virga directionis lex, non dominatio; quippe non sat, principem velle, pro directione. Virga regni Rex, qui etiam sub virga, ut regatur in regimine non prolubio, sed prudentiæ; equidem si lex à dominatione, & non dominium à lege, est potestas insulata rissibilis sine iure: unaque exponitur legis cum virga directio, ac cum scepro principis iurisdictionis: quoniam omninò inutilis regiminis sine virga directionis.

Marc. 10. 42.

Quo?

Passus indigni in dignitate.

Psal. 44. 7.

Quando irrationale de minimis?

4 Contemplerur resides textus senten-

tentias, ut magis emineat potestatis auctoritas. *Principes eorum potestatem habent ipsorum.* Potestatem! Quare non dicit subiectionem? Ut ostendat quantum distet potestas cum dominatione legis, à lege dominantis potestatis: equidem ita potestate inolefcunt, quam dominantur; ut iudicent, homines sibi non datos in subiectionem, sed in nudam dirisimam servitutem. *Principes eorum potestatem habent ipsorum.* Difficile capta. Potestas potentis in dignitate à subdito? Potest, qui futurus subditus dare sanè potestatem, constituendo superiori: unde Seneca, Epist. 90. inquit: *Nemo quantum possit adversus eos experiebatur, per quos ceperat posse: nec erat cuiquam aut animus in turiam, aut casus, cum bene imperanti bene pareretur.* Possè. acceptant privati à subditis voluntati, ut posse possent in subditos, adeoq; munere. Sit ergo, verum præsidii potestas à subdito, in salugium dominationis elato? Multoties si possent, potestatem declinant: misimèque declinant vel furentium iras, quippe penes subditos nulla præsidii potestas. Deinde si subditorum potestas est, quæ in Superiore residet, & hic iuxta potestatem subditam dirigit: potestatis non est ordo, quam sit communis tam subdito, quam prælato. Quo igitur pacto, in culmine qui præfunt dignitatis, possunt habere potestatem à subditis? Facili profectò. Est potestas, subditorum coercitiva, quoad vindictam scelerum: est etiam potestas directiva, in laudem sanè bonorum. Quæ quidem potestates à lege, ut sit potestas in iudice. Dar subditus præsidii iure pleno potestatem, si transgressus fuerit legem: igitur cum servus peccando sit, ideo sui iuris non est. Si non est culpa, vel transgressionis noxa; nulla iurisdictionis iudici potestativa. Unde dum præsidium iudicium signatur imperium, potestas imperij asseritur subditorum; quippequam si in subditis non est crimen, nullam habent iuxta legem vel præsidii potestatem. Dialecto nostra: *Tienen de los subditos la potestad lus Prelados: que si sus excessos no les dan poder; no los pueden castigar, por que no tienen poder.*

Subditi subditis, non servit.

Senecæ.

Et fortuna.

Quando potestas, potestatis Superioris à subditis?

Luc. 22. 25.

Uterius. *Potestatem ipsorum subditorum, inquit Marcus. Lucas verò, Potestatem super eos.* In isthoc modo, est directio, loquendi, indicatur quando iuxta legem sit potestas Superiori. Lex posita iustis & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, &c.

Tom. V.

Oderunt peccare boni virtutis amore. Tu nihil admittis in te formidine pœnae. Horati.

Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis. Inquit Horatius, *lib. 1. Epist. 16. v. 52. & Marc. Senecæ. Controv. 7. Legem banc* (inquit) *pro malis patribus scriptam esse: boni vero sine lege.* Indices potestate debent nec dirigere iustitiam, duntaxat secundum causam; quia ubi nulla prorstus causa, nulla sententia: & dum super quos habent potestatem, exercent supplicium, debent habere potestatem ipsorum; igitur ni lege invenerint nocuos, nullam habent potestatem super eos. Lex tunc comprehendit iudicem, non legitimam exercentem potestatem; etenim tenor legis iniustus ac sceleratis. Qui crimine legi subditur, à crimine lege arcetur, ne iteret impunis crimen, propter pœnam cruciantem. Unde iudex sine potestate ipsorum, in non subditos, subditos habens iudicium, debet rigide lege puniri; quia et si iudicem fugiat, potestatis abusu subditur legi.

Sine causa, sententia.

6. Pende proprietatem verborum: Potestatem exercent in eos. In subditos debet præsidium exerceri potestas, dum clamat iustitiam inferiorum iniquitas; nequam ultra præscriptionem iuris, miscentes sacra profanis, spe fallendi, quia sine pœna formidine, & quia plures fautores habet potestas auctorata, quam innocentia despecta. Est discrimen inter potestatem exercere subditos, & potestatem exercere super eos. Qui iuxta leges agunt, legibus subditos atque potestate diriguunt. Qui utuntur potestate sine lege; non legi consulunt, sed innocentium mortificationi: & dum sicine potestatem exercent, tyranni, minimè præsidii clarent; quia potestate citra præscripta legum, duntaxat præfunt subditorum exercitio. Apud Lucam legitur: *Qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.* Potestatem habent super eos, dum iuxta legem truciant etiam iniquos, & tunc castigata subditorum rebellium iniquitate, præsidii iudices dicuntur benefici; quoniam quæ videtur gravissima pœna, est plagarum agrotantium optabilis medicina. Benefici vocantur. Quæ iuxta legem mortificationes gratæ: quæ iuxta potestatem, subditorum iniuriæ; equidem in eos haud præsidii exercent dominationem, sed tyrannidem, quum illorum debeat allicere corda præsidium beneficentia: perperamque ultra subditorum crimen, extendunt dignitatis potestatem; quippe dedecorat, minimè habere ut subditis beneficentiam, sed duntaxat

modi

Math. 20. 25.

Quomodo præsidii subditis exercitum?

Luc. 22. 25.

Quando potestatis medicina?

E 2

taxat

Senec.

taxat ut exerceant. *Corrigendus est itaque qui peccat* (ait Stoicus lib. 1. de Ira, cap. 14.) *Et admonitione Et vi, Et molliter, Et asperè: meliorque tam sibi, quam alij faciendus, non sine castigatione; sed sine ira.* Erudimini ab Ethnico, qui iudicatis terram, quærentes in pœnas causam. Irascimini, & nolite peccare. Crimina non irâ, sed lege plectite: equidem non iustitiam exercet iudex iratus, sed tantum exercet subditos.

7 Causam indicat idem *ibid. lib. 3. cap. 29. Primam* (subdit) *impetum sequimur. Deinde quavis vana nos concitaverint, perseveramus, ne videamur capisse sine causa: Et quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas ira. Retinemus enim illam, Et augemus; quasi argumentum sit iuste irascendi, graviter irasci. Distinguamus, utrum aliquis non possit, an nolit. Multos absolvemus, si eoperimus ante iudicare, quam irasci.* Frequenter igitur ab ira intenditur pœna, nequaquam crimina. Unde cum iudicium iracundia præveniat, dum sine crimine iudicat, prædis animadversio procedit sine iudicio. Iudicium iustitiam aluit in causis, quia iustitia & iudicium preparatio sedis iudicis. Venerantur iustitiam, etiam subincentes pœnam: sed agrè ferunt, quia non feruntur; ut fulmineur quasi iudicium legis, quod decrevit iracundia furentis iudicis. Ira incumbit in ultionem, iustitia spectat iniquitatem. Illa, ut pœna infligatur, hæc ut culpa medicamine sanetur. Illa ut noceat, hæc autem ut beneficiat. Illa querit, ut fatietur insatiabilis, quid irroget: iustitia verò, ne iudex subditos indignè vexet: intenditurque ne iudicium præveniat ira, in subditorum causa: ob subditorum levamen, dum iudex furens super illos exercet iurisdictionem: igitur querere pœnam in pœna non criminum: exercitium profecto subditorum. *Vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplina Et correptione Domini:* ait Doctòr Gentium. Correptio malum supponit; & malum, vel facienti, quia malum, displicet: patetque filiorum iracundia pro disciplina ac educationis forma; quoniam haud habent filij huiusmodi in patres ausus, modò in ipsa educatione corripentur quasi filios. *In correptione Domini.* Aprè. Non utique filij provocarentur ad iram, si fieret correctio iuxta Domini regulam. Deus medetur correptione specie nocendi; ira patris nocet specie educandi; haudquaquamque pa-

Idem.

Iudicium, que sine iudicio?

Non est iudicium sententia, que fulminata ab ira.

Ephes. 6.4.

tres filios vel in dolore irritarent; si in correptione educarent, & non corripissent; quippequam ira exercente potestatem, correptione duntaxat sollicitat correptionem. *Nolite provocare filios;* ne patris clauderet honos: siquidem miserranda potestas, in cuius usu deauctoratur auctoritas. *Nolite provocare,* maxime ad iracundiam. Filij irascentes in patrem, vel vibrantem correptionem? Patet corripientis furor, ubi despicitur honor. Supplicium perpetuum, irâ præcedente iudicium. Pœna utique iure illata, si post cautâ iudicium accedit criminis pœna; vacuo corripientis iudicio, si adest pœna, & non est causa; veterataque Paulus vel à parentibus innocentes corripit, ne in iracundiam provocentur vel filij: quandoquidem videntes innocentium pœnam in pœnam, provocantur etiam morigeri in iracundiam. Tolerarent à patre probra & opprobria, sed renuit vel filiorum reverentia, quod dicar ira cordis, non causa criminis.

8 Præfides in subditos fatagant medicaminis, & egent medicamine præfides; quoniam pharmacis egent tantum qui languent: maxime dum agritudo est mentis hebetudo, à dignitate infatuatio, vel cerebrum indiget vaporatum helleboro. Ministrat medicus insignis, cum celestis Benedictus. *Ordinatus Abbas* (inquit cap. 64. Regul. S.) *oderit vitia, diligat fratres.* Brevia verba, sed media & extrema ex ordinatione summa. Media, amor & odium: extrema, fratres & vitia. Ut regat & dirigat, & si opus fuerit, ut corrigit subditos; creditur ei dignitatis infusus: in cuius regimine tota prorsum domus subverta, si oderit fratres, & diligit vitia: igitur haud quit oriri odium fratrum, nisi ex perversa dilectione vitiorum. Amor necessarius & odium in regente, ut respondeat speciosè muneri. Odiem in errores obvios, amor in subditos. Si quis benè volumus, studio ut benè valeant consulimus, impediens noxia; ne pereat vita; in Abbatis correptione mortificationis specie, patet amor, quantum vis sentiat dolor: etenim plectens errores, claret, quia diligit fratres. Qui pro lubito regit, infationem ex potestate fovet, cogitans quicquam facere posse, quia fratres subditos. Fallitur, & eius tyrannus apertissime ostenditur; igitur corripit fratres, quin sint errores. Animi severi est, transgressores plectere legum; quoniam lex iuris averfari vitium. Pætoris tumidi insigne, & cordis sanguinolenti; ostentare

Nec deservit mendatio, si corripit correatio.

Eius sanguinolentia;

S. Bened.

Quoniam ordo præfidei & ordo potestatis?

Odi præfidei in iniquitate, non sit in peccatoribus.

S. Bened.

cap. 64. *Studeat, plus amari, quam timeri.* Idem. Cuncta ferit, dom cuncta timet; ingrataque subditis placent, ut se posse parenti. Hoc decretum potestatis, apud Senecæ, quò supr. N. 443.

Stultè verbor, quod licet tantum mihi inertis est, nescire quid liceat sibi. *Fortuna nostra cuncta permittit mihi.* Haud respicit quod deest, sed quod licet; & quod licet fortunæ, non rationi: quandoquidem si regeret ratio, à lupo faviente exularet iurisdicção. Verbera ac verbera haud dicit trucidantiam, sed medicinam. Medicinam in innocentiam, sed. Valens animus medicinâ accipit vulnus; nec quit excoGITARI præsentius undecunque venenum, quam sanitari medicaminis pharmacum. Datur agris medicina in salutem, valentibus vero tantum in infirmitatem; etenim cum portiones dentur, ut pravi humores fornicus expellantur; si humorum nulla pravitas; æ medicina prævalebit infirmitas; facietque morbida corpora, quia inficit valida: siquidem mereri non agris, ac medicamen non plagis; minime est naturam corroborare, sed humores commovere, atque naturam corrumpere. Vide quæ diximus, Tom. 4. Tautol. 6. Didascal. 5. & Tautol. 12. Didascal. 2. *Sapiens medicus* (ait Benedictus *ibid. cap. 27.*) debet esse Prælatas. Non solum medicus, sed sapiens; quia sæpe ex turbulencia ac ignorantia ingeruntur pro medicamine vulnera. Articulum ibidem explicat & argumentum. *Noverrit* (subdit) *se infirmitatem curam suscepisse animarum, non super sanos tyrannidem.* Si capitur innocentem, inficit; non proficit medicina: equidem dum imprudenter sollicitat valentiorum, lethalem ingerit irato humore agritudinem. Quare intendens potestatem, valere, medicata sanitate, contra methodum ag regulas medicinz; sit tyrannicè exercitium subditorum; & corruptela animarum. *Tyrannidem* appositè dixit: igitur qui dirigit potestatem, & non ratione, remotus à iure; haud præfides in munere constitutus, sed sapiens dominacione tyrannus.

Senec.

Decreta & cogitationes insolentis præfidi.

Mederi sanitati, est in morum corruptela, non medicina. S. Benedict.

Idem.

In præfide cum tyrannide & turbulencia.

Math. 20. 25.

Marc. 10. 42.

tare potestatem in subditum innocentem. Ille etsi in fratres vitiosos non habeat odium; odit tamen vitia fratrum. Hic ductus sanguinolentia, tendit tantum in supplicia: oditque fratres quavis non sint transgressores; quippe vitia illorum amat, ut habeat quod virga puniat. Hæc summa dignitatis magnitudo, in præfide à se & potestate solido.

9 Satiabitur? Nullatenus. Firmat potestatis timore, quod non potest potestate. Pascitur carnificinâ sibi gratulans, favitiâ delectatur, exultans. Si nequit irumpere in cruciamina, tumpitur: crimen, ubi non est, queritur, & cuncta studiosè circum, quærens quem devoret. Si non invenit, in subditos imperuosius defavit; quoniam in fratres acerba dirigit odia; quoties non invenit vitia. Hic est homo? Solum facio, & solum pede. Ira prævenit, iudicium, atque constituit præ potestate furiosum: siquidem amittit in altitudinem mentem, ut ostentaret ridentibus vanissimam potestatem. In adversa dicit Benedictus, quod sit præfides ordinatus. Ordo præfidis est protegere innocentiam; corripere fratrum nequitiam; non provocare in iracundiam subditos; neque exercere perfectionibus bonos. Ordo potestatis est tantum ordinationis; præcipere ut præcipiatur, quo potestas dignitatis exercetur. Unde dum expeditur præceptum, debet ordinari iuxta legis præscriptum; quoniam modò duntaxat potestatis ordinatione; in ordinatione dignitatis nullus ordo. Regat præfides & corripiat, modò subditos delinquentes inveniat: iustitia quidem placet, vel quibus dolor displicet: at non corripiat, quia Superior, ut corripiat, ni quod plectendum in correptionem occurrat; quia tunc ira faciet, quod iustitia (ut valeat) inhibet: etenim in iracundia etiam fratres provocantur, ubi virtutes tanquam crimina puniuntur: simulque pætoris referat malignitas, quia non habet quo defavens exercetur potestas: igitur diligens vitia, averfatur odio fratres; quippe cupit transgressores.

10 Ut pacificè sedeat in dignitate, Nihil extra præceptam Domini debet constitueredicit Legislator, ubi Didascal. preced. num. 19. & 20. At qui in libera colla furit, præcepta iuxta Domini præceptum penitus renuit; quoniam iubetur; quod mala præfides corripiat, nequaquam ut deflevendo innocentes exerceret. Contendunt potestates, sed tyrannus plus studet timere, quam diligi, contra præceptum; ibid.

Ut pacificè sedeat in dignitate, Nihil extra præceptam Domini debet constitueredicit Legislator, ubi Didascal. preced. num. 19. & 20. At qui in libera colla furit, præcepta iuxta Domini præceptum penitus renuit; quoniam iubetur; quod mala præfides corripiat, nequaquam ut deflevendo innocentes exerceret. Contendunt potestates, sed tyrannus plus studet timere, quam diligi, contra præceptum; ibid.

11 Revertamur ad Salvatoris de huiusmodi principibus crifim. *Principes gentium dominantur eorum;* ubi Didascal. preced. num. 19. & 20. At qui in libera colla furit, præcepta iuxta Domini præceptum penitus renuit; quoniam iubetur; quod mala præfides corripiat, nequaquam ut deflevendo innocentes exerceret. Contendunt potestates, sed tyrannus plus studet timere, quam diligi, contra præceptum; ibid.

solammodo potestatis est lapsus dominationis, dirimente principatum ipsa pro iure voluptate principum: exercitescque potestatem in subditos, principari videntur inter eos; igitur ni iuxta legem auctoritatem principentur, nullo modo principantur. *Officium est imperare; non regnam:* inquit Seneca, quod num. 4. Regni est dominium: officij, applicatio in ministerium, ita ut nihil principes ordinent, nisi quae leges meditantur iubent; quoniam posse contra iura, est impotentis potentia: dicunturque principes spectrum officij in ipsa regnandi administratione; quippe minime imperium in imperio; deficientes praebudine ab officio. *Regnabit Rex, & sapiens erit;* dicitur a Jeremia. *Qui rex regnabit, quia sapiens:* & non regnabit, quantumvis sit rex, insipiens; igitur qui ad libitum regunt regnum, habent simul & non habent officium. Quia sapit, regit: at unde sapiens constabit? *Faciet iudicium & iustitiam.* Iudicabit iudicio, non affectu, quo leges fatiles, & affectiones leges. Uterur iustitia iuxta uniuscuiusque merita in praemium & in supplicium. Haud bonum dicit malum, nec malum bonum, sicut qui potestate abutuntur, dominantes in subditos potestate, prostrata innocentia, nequitia foca, diligentes iniquitatem, ac persequentes virtutem, urgentes subditos in amaritudinem animae, iustos afflicentes dolore, in fatigium extollentes iniquos ut malignitatis focos, inhorum exercitium, scutum improborum, vulnus innocentiae, atque patrocium noxae; quia in vitio decor, ac in virtute pudor: Rexque sapiens regnando dicitur regere, & princeps tantum ad speciem dominari; quia ille ad iustitiam & iudicium: & principum ministerium, tyrannorum & non principum.

12 *Scitis* (inquit Assertor) *non ita est autem in vobis.* Apud Matthaeum interrogatione proponitur. *Scitis* Sciens nescire videntini, dum vicissim contentio de dignitate: equidem duntaxat qui nescit, ambit & poscit. *Scitis?* Impossibile videtur scire, atque posse appetere. *Scitis:* & est ambitionis vulnus, scientibus grave pondus? Fugite dignitatem, & siccine fugabitis contentionem: igitur qui ambit huiusmodi gloriam, minime expandit doctes, sed insipientiam. *Scitis* qualis non legis, sed potestatis est lex? Vos autem in principatu noscitis; quia vos haud principes constituit in principes, sed ut per vos qui subditi discant leges: etenim dedecus,

uti principes duci in honorem, qui sequi debent Iesu-Christi pauperitatem. Dedecus, dispergere Gregem; in futilem potestatis ostentationem: igitur dicitur magni, esse se principem munere, quasi non esse; quia subditi adimplent legem, quasi in principe nec videntur potestatem. Principes gentium perfas & nefas dominantur, scruunt. Non ita erit inter vos. Portate virgam, verum non in innocentiam. Adinlar teoanis sub lege debet esse potestas, nisi nullus. *Nulla suque rapti nisi iussus in iras.* Insu legis in legis transgressores; si quippe nefas, impunes: relinquere delinquentes; ac in transgressores tantum, ut fiat virga directionis tam iustitia, quam iudicium: siquidem si queruntur in supplicium vitia, vel fingitur in obsequium potestatis nota, vel imponuntur praecrudelitate crimina, virga dominationis aculeata in innocentes, quia subditi; haud quaquam principis, sed turbulencia tyranni. *Miserabiliter esurit dignitates, & gloriam. Sicut humanam, procul ab eo misericordia viscerata, saevire potius & tyrannum exhibere latatur:* ait Bernard. de *Convers. ad Clericu* cap. 19. num. 34. Principes gentium sic dominantur: vos autem in dignitate non sic: non ita est, nec erit inter vos: etenim in potestate dominantibus infamia; cognosci posse dignitate per supplicia. Meditabatur David templum Domini, qui muneravit votum, & quavis noluit accipere obsequium: illique dicere iussit: *Nunquid lacutus sum. Istem uni iudicum Israeli* 2. Reg. 7. 7. *Ad unam de tribubus Israeli.* Maluend. ex Hebr. *Ad unam virgam, ad unum baculum.* Nota: versiones: *Index, virga, baculus.* Si baculo designatur dignitas, virga iudicis potestas; turpe sane iudici baculi insigne, & turculenta potestate: igitur demonstrat ex dignitate insolenter audaciam, quoties baculus recognoscitur per virgam. Virga exprimitur correptioni iudicis, baculo splendor veneranda dignitatis: diciturque virga, baculus & index; ut index consulat dignitatis splendori, & nullo modo pectoris crudelitati: etenim muneri ac regimini macula, quod index in dignitate nihil aliud sit, nisi virga. De Lucillio refert Tacitus, 1. *Annal.* cap. 23. fuisse *Cedd alteram* facetijs militarium vocatum; quia *fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam posebat.* Veruacule: *Vengan otras varas:* virga apud Romanos in vindictam criminum portabatur a licitoribus, & quasi insigne concessum magistris.

Modestia in principibus Ecclesie necessaria.

Stat. 2. Achil. v. 186.

Unde praefatum dum tyrannus?

Bernard.

Illorum eruditio nisi nota, cognosci in munere virga.

Sibonesi?

Tacit.

stratus & consulibus. Unde Iuvenal. *Satyra* 8. v. 23.

Juvenal. *Præcedant ipsas illi te Consule virgas.* Vide Iust. Lipsium, 1. *Electo.* cap. 23. & Aul. Gell. lib. 12. cap. 3. Lucilliusque *Cedd alteram* dicebatur & merito, dum incumbat alienius supplicio; ut pateret ultionis avidus, ac in usu potestatis plane furiosus: equidem magis quam per muneris gloriam cognoscebatur per virgam. Virga posse plectere, ius erat Centurionum; portare virgas, licitorum, idest carnificum: illeque virga dicitur, dum iudex a Consule nominatur; quia est propudiosè, iudicis nomen magis ac magis notum per officium carnificis; quam per officium. Haud alia conditio, succinit ibid. v. 135. Satyricus, — *Si te præcipitem rapit ambitio, atque libido.*

Idem. *Si frangis virgas factorum in sanguine, si te Delectant hebetes lasso hictore secures.* Igitur plussquam iudex, videris carnifex: virga quippe & virga clarius indicat officium licitoris, quam munus iudicis. *Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera:* ait Stoicus, 1. de *Clementi*, cap. 24. Utrumque turpe, & urrique probrum: sic principes gentium dominantur: Christi Apostoli non sic, igitur in orbis morum conversionem plenam; nil portare iubentur, neque virgam. Vide dicta, *Tom. 4. Tautol. 13. Didascal. 4. a n. 10.*

Matth. 10. 10. 14 Causa huius tyrannidis insinuat a Seneca, ibid. cap. 12. *Contrarijs* (ait) *in contraria agitur: nam & inuisus est, quia timetur; & timeri vult, quia inuisus est: & illo execrabili versu, qui multos dedit præcipites nitur:* Oderint, dum metuunt; ignarus, quanta rabies oriatur. Aliud & aliud corripiendum, ex savitia oritur; ubi savitia corripitur. Unde cum iudices commendari debeant maiestate, maiestatem commendant & virgæ & virga. En diaboli insignia, descripta ab Evangelico Propheta. *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & exceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Singula consideranda. *Iugum* (ait) *oneris eius.* Iugum legis est, quia nemo debet vivere sine lege: onus utique cuilibet grave. Illud, est moderamen rationis; hoc, exercitium tyrannidis: & dum sub iugo subditus non gemit, oneri iugi succumbit; quia super iugum legis, vigila vit iugum iniquitatis: quandoquidem praeses ut exerceat potestatem, plectit adim-

Stat. 2. Achil. v. 186.

Unde praefatum dum tyrannus?

Bernard.

Illorum eruditio nisi nota, cognosci in munere virga.

Sibonesi?

Tacit.

Summa savitia, dum plectitur in nocentia.

plere legem. Iugum oneris, non onus iugi; quippe respectivè non onus, praet est praelatus: igitur acerbius inter onera gravamen, portare praesidem. Hinc, *oneris eius:* quia ab illo, & eius, est onus. Iugum legis leve, si adimpletur: iugum legis grave, si proicitur. Iugum praesidis, iugum eius; quia semper onus, sive lex servetur ad unguem, sive patiatur rupcionem: diciturque meditanter non onus iuris, sed onus principantis Superioris; quippequam praes huiusmodi est onus intolerabile. Haud hominis in eis forma, sed idolorum figura, anaglypha in sella dignitatis insulata. Vernacule: *Mascarones:* ut vividè ostendant personam; decor est, portare larvam. At unde? *Facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis: onera vestra* (imposita, inquit Vatabl.) *gravi pondere usque ad lassitudinem.* Exprimunt subditorum labor, quando pro praeside principatur furor: equidem uti simulacra aera aut lapidea ad pietatem, statua marmoræ in consolationem; onera sunt & gravia, etiam si subditi sint iumenta. Quid rationali, quando iumenta lassantur; & fatiscunt praesidem pondere? *Contrita sunt:* ait Propheta. *Contrita* quæ colebantur oracula? Etiam contrita, sunt onera; ut clareat quantum in munere, qui etiam gravissimum onus vel remoti a dignitate. Si ita idola contritione fracta, quid in Throno, ubi omnino inflexibilia? Duricem communicabat potestas, & ut dicit Statius, 1. *Achil.* v. 434. *Adant mucronibus iras.*

15 Ex positione diaboli constet insignne. *Et virgam humeri eius.* Quid in signum crudelitatis, quod virga sit in humero, vel in manu; cum habere ad manum mortificationis instrumentum, indicet dirorem animus? Non indicat. In manu, ut ictum fortiat; necesse est, quod elevetur. Virga in humero, dicit savitiam; quippe sicut sanè in plagam, ex minaci elevatione pro quovis defectu subditi: & virga humeri dicit ut sanguinolentum praesidem manifestet: etenim pro animo truci, inhumano in subditos, ac truculento; illos percipit semper habere sub ictu. Hoc intuitu subditur etiam *Exceptrum exactoris.* Virga correptionis instrumentum, sceptrum dignitatis est symbolum: sceptrumque praesidis dicitur virga quæ humero portatur; in blandimentum savitiae, & ostentationem bellæ: igitur magis gloriatur de signo pravæ mortificationis, quam de insigni dignitatis. Per-

Sunt intolerabiliter etiam subditi iumentis.

Idem. 46. 1.

Vatabl.

Verf. 2.

Vel defun. et dignitate.

Stat.

Ibidem.

Extremum crudelitatis.

Ibidem.

pena

pende *exactoris* titulum. Si exactor, non mirum, quod virga sceptrum. Elevatio virgæ dirigitur in percussione, propter reâ Moysi, ut percussit aquam, dicitur: *Eleva virgam*. In humero habet acerrimas praes, fingens & fungens munere diri exactoris; igitur virga innocentem urgens obligat, cum nihil legibus debeat: terret minaciter, quasi esset legifer: elevatque vibrans super humerum virgam; ut subditis patefcat propensio in sanguinolentiam. Vigilantissimè dialecto Hispana: *Salvaqui traydor*. Unde homo, excusus humanitate? Conditio est belluæ. Plus dicit Stoicus, ubi dudum *cap. 5. Multibre est, ferare in ira: ferarum verò, nec generosarum quidem, premordere. Et urgere proiector. Elephantes, leonesque transfecunt, qua impulerunt? Ignobilis bestia pertinacia est.*

16 Quid in huiusmodi violentiæ articulo, torrentis rapidi cursu, facit innocens? Estò faciat, vel non faciat semper obex. Haud sufficit iuncti flexio, quando intenditur fractio; quæ quidem est non exeat, malitia cogitat. Quid facient dum cum virga, cum sceptro, cum onere, cum exactore non debiti? Recursus tantum ad viscera Dei, qui cuncta superabit, sicut in die *Madian*. Gravissimum namque onus, quod tantum valet excutere Deus. At quomodo in die *Madian*, ut cor expectet, & spectet, si fortè sit spes? De hac victoria fuscè diximus *Tom. præced. Tautolog. 11. à num. 4.* Rabinni autumant, assatum totum exercitum de caelo, ita ut in cineres illo reducto, nec ullius hominis appareret imago. Referavit metamorphosis, quid perfraterit in vivis, dum flammis sopita minarum flamma, atque fulminibus fulmina. Sic in exemplum praesidium totum excidium: siquidem dicent cinis & ignis, quid flamma pectoris. In textu sacro legitur: *Mutuâ se cade truncabant*. Ira exandescabant, furore cæci insensatè laborabant: unde arbitrate impune *ferire subditos*, in sese mutuo retorquebant gladios. Iosephus, lib. 5. *Antiq.* cap. 8. arbitratu completum exterminium confusione linguarum. Quid facerent, dum se conturbati vicissim non intelligerent? Subditos percutiunt in ambitu libertatis: ac decretum pro expeditione in angustijs, socios percutere quasi hostes. Expanditur huiusmodi tractu tyrannidis spirarum, ubi aperitur praesidium, ducumque hostilitatis embolium: igitur ut ortâ luce veritatis,

complosa lagenâ innocentis, excusationem prætant; socios accusant, malignitatis infamant, insidiarum insimulant, proditionis inculant, falsitatis coarguunt, federationis convincunt, rethnas referunt; & dum reciproce de perfidia confortes appellant, mutua se cade trucidant, quippe nesciunt, quò se verrant: plauditur tunc innocentia, victoriâ parca; quia nulla in triumphum clarior victoriâ, quam digladiari ut hostes, complices criminis: simulque videre confusione laborum, à contradictione linguarum; quoddam mutuo contendant inimici, qui in factionem fuerunt socij. Sicine iusti victoriâ, & praesidis pravi amentia, cuius in corde ultionis flamma, in innocentem favilla; & ut canit, *Abilled*. Papin. Stat. v. 183.

Totoque in pectore Troia.

DIDASCALIA III.

Indicis prava iudicia à lesa corde & phantasia.

HAud facile invenitur veritas, ubi gliscit, serpit, regnatque cordis malignitas; quippe semper fugit verum à conventu malignantium: absconditque speciositatis decorem à multitudine operantium iniquitatem. Non cuius facile est, ipsum cognoscere verum: *Hic est ille ramus, medium quem maxima silva* Palingeni; *Arboribus densis cinctum, atque erroribus atris* *Obducium calat: nec multis aurea virga* *Conspectitur, nisi cui pura ostendere columba.*

Succinit Marcell. Palingenius, alludens ad donum *Æneæ* tendentis in Elysiump campum, à Sibylla Cumana generose concessum; de quo Ovidius & Virgilius. Nulli igitur patet aditus in aulam veritatis, sine ramo ductore bonæ, sinceræ intentionis: equidem si putrida viscera, iudicia ministrantur etiam à lesa phantasia. Iusticia nihil ex se petit, nisi usum sui: quod quidem facile, modo detur iudicium simplici cordi. *Judicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum*: monet Corinthios Paulus, additque: *Ad verumdam vestram dico*. Aliqui legunt: *Stultos, alij simplices, alij Qui pro nihilo habentur*.

Monachi non curent de terrenis.

Verf. 7.

Stat. inobedi.

Gregor. Magn.

Palingeni;

1. Cor. 6. 4. Caletan. Salmoron.

D. Thom. *hæntur. Alij, infimos.* D. Thom. hic: *Qui sunt sapientes in rebus mundanis, illos constituite ad iudicandum.* Doctrina insignis, quam Monachi debent sequi, cogitantes ubi sunt vera divitiâ: igitur ne vel ad horam ab animæ recedant tranquillitate; vel usurpantibus temporalia, debent cedere. *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* subdit Doctor Gentium. At quorsum de rebus indicandis respicit iudicium; cum crescat dyscolorum audacia, ex silentiosa patientia? Parcit litigantis labori, dum monet non litigare: siquidem levior erit iniuria, dum non efformatur causa: si bique ad quietem consultit, ubi plus in bonorum amissione acquirit; quippe fraudatus molestiam experietur minorem, si cesserit vel cognoscens apertissimè fraudem. *Quæ videtur fulticia, est meditata prudentia*: quandoquidem in lite, qui intendit acquisitioni; intendit etiam in labores, litis comites, vel fratres: usuvenitque sæpe amittere causam, & nonnumquam amittere etiam patientiam. *Qui spiritualibus donis ditati sunt* (ait Gregor. Magn. lib. 19. in *Iob*, cap. 14.) *professio terrenis non debent negotijs implicari; ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitati valeant bonis superioribus deservire.* Sepellant ergo mortui mortuos suos, ut viventes sese gerant uti Monachos: etenim similes erunt stultis, si litigant de terrenis. Ad rem ergo.

2 Lites si habuerint fideles, in earum iudicium qui stolidi constituendi sunt iudices. Sub conditione, quod possint esse litigia, sub his iudicibus dirimenda causa; ut conset, non agi contentiones contentione, sed amore iustitiæ: etenim ita perspicui ad cognitionem actus; ut possit causam iudicare vel stultus. Haud dicitur *si habetis, sed si habueritis*. Conditio responderet conditioni, & iudex causæ quippe iustitia ita clara debet esse ex iniuria atque fraudis controversia; ut iudicio recto dirimat iurgium confertum, vel qui videtur non habere iudicium. Verum si iudices debent esse sapientes, quo intuitu in causam constituendi sunt simplices? Ut fulgeat iustitia in causa, & nullatenus proculcetur innocentia: etenim cum sapientes intendant in glossas iuris, & simplices duntaxat in ius rationis; aptius expeditur causa à sani cordis iudicio, quam à causidico verspelli, vasto. Infimi dicantur & nihilo habiti, qui de nihilo iudicantur. Idest, despecti: equidem *Tom. V.*

cum homo ætiter iudicum fastum, & auctoratum iudicium, deatque parvi non iudicantes iuxta iudicium mundi; iudicari rectè, qui sunt despecti: igitur tunc iudicium bonum, quando iudicium non iuxta mundi leges, sed iuxta leges rationis. Infimi, idest simplices, innocentes sine nota peccati, qui eximij virtutum dotibus, sunt despectui superbis, & opprobrium abundantibus: ab his discutienda, ac dirimenda lis; non à peccatoribus, quibus lex nec ius, nec fas: siquidem interpretationibus vaftris, violentiâ iuris, ne damnet propria fulminato iudicio, absolverent etiam nocentem à delicto maximo. *Quam turpes lites, quantum turpiores advocatos habent: Alius iudicia patris accusat* (ait Seneca 2. de *Ira*, cap. 7.) *qua mereri fatius fuit: alius delator venit eius criminis cuius manifestior reus est. Iudex damnaturus, quæ fecit, eligitur: Corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta.* Hi causas implicant, tricas replicant, veritatem obnubilant, fraudes glomerant, atque iustitiam obscurant: à quibus iure causa removenda, ut iure libretur causa; quippe in consilio impiorum, de stellationo consilium; & quos mundas uti infimos despiciat, uti innocentes irridet, desinient merito litens quia nunquam in corde foverunt iniquitatem.

3 Uteriùs. *Contemptibiles: idest, laicos*: alitruis hic ad *quasi*. 6. Salmoron. Ad laicos? Iudexne melior sacerdos? Utiq; sed leges ignorat, in eo quod iudicat: & Paulus remittit dirimendas lites, ubi adfuit leges; quippe etiam rectum iudicium, si iudicium sine lege, erit rectum ab errore: quandoquidem male iudex iudicabit, quæ non intelligit. *Ad laicos*. Ad laicos, qui multoties pervertunt iudicium, præut micat commodum? Planè: minoris enim periculi est, iuxta leges secularis sententia; quam quod legum ignorantia, devict qui sacerdos à iustitia: igitur sine ulla notitia legum, nequit aque efformari iudicium. Inter fratres signatur disceptatio: & ad laicos remittitur causæ cognitio; ne delibere affectus fratrum, quam debet iure definire iudicium: etenim crepera omnino iudicia, ubi affessor dependencia. Laici, quorum nihil interest, an hic vel ille vincat, aut causa cadat; rite & rectè examinant causam, refragantur, aut suffragantur iuris ad formam. Qui fratres inter fratres, iura dicunt aversiones & affectiones. Ubi independencia, ubi integerrima iustitia;

Seneca.

Homo iniquus iudex quare possit iniquus.

Etiam qui leges ignorat.

Exod. 14. 16.

Cur dicantur exactores?

Senec.

Ignobilis bestia.

Ibidem. Quodnam subditis gravissimum onus?

Iud. 7. 22.

Cognitâ veritate innocentium, ori sur contentio iudicum.

tia: & fratrum causa remittuntur ad laicos; quia prater leges in huiusmodi tractu, quid ad illos? Nihil profecto sibi utilitatis sperant, & vera iudicant. Sanè corruptela est, qua de causa Apostolus, ni oritur ut lolium lis; *Quare non magis (inquit) fraudem patimini?* equidem certamina fratrum vel risus vel irrisio sunt laicorum, excusantium, visis perfectorum ex illicito causis, proprias imperfectiones, & multoties mirantes turpe litigium, ex imperfectione perfectorum: Paulusque monet patientiam fraudis, vel cognita iniuria litis; quippe inter fratres satius erat abscondi, quam ostendi posse fieri. Dicit Satyricus, 8. v. 140.

Vers. 7.
Monachorum litigium laicis risus vel scandala sup.

Iuvenal.

Omne animi vitium tantò conspectus in se Crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur.

4 D. Thomas, ut vidimus, contemptibiles iudicat, qui sunt sapientes in rebus mundanis. Gregor. etiam loc. citat. ait: *Contemptibiles nominat, & tamen sapientes vocat.* Iudices sapientes & contemptibiles? Sanè. Sapientia dicit causæ cognitionem: contemptus iudicij temeritatem; orta intra iudicium pectora alia lite ex lite iudicanda, propter certamen ex cognitione mentis, & malignitate cordis: hosque iudices sapientes, vocat Paulus contemptibiles; quia deficiunt voluntariè læso corde à tenore iustitiæ, vel cognita veritate, longumque opposita. Sapientes, vocantur stolidi iudices; stolidi contemptibiles, sapientes. Illi nituntur phantasia in litis iudicium, hi respiciunt actiones litigantium: causaque relinquitur simplicibus, uti sapientioribus; quia satius & acceptius lites dirimit intentio syn-cera cordis, quam calliditas scientiæ cum malignitate mentis. Accidit Paulus inquit: *Ad verecundiam vestram dico.* Ex causa iudex erubescere debet, si pravum pudet; dum sententia iudicatur per contemptibiles, qui recto iudicio, iurè facti iudicum contemptores: quandoquidem per iudicia, à vobis quasi rectè iudicata; apparent viscera putrida. Perpetrati à vobis causarum sic disceptatio: *ad verecundiam vestram dico:* igitur statuta à vobis causa, atque prolata sententia; dandum pudori, iudicari ab illis vestrum iudicium & rectè; qui iudicantur stulti. Scutissimis estis in dirimendis causis, studentes affectionibus cordis, quas eliciunt in tribunal, qui iudices contemptibiles, consulentes iudicio, ne inter fratres sit contentio: *ad verecundiam vestram dico:* siqui-

Unde in iudici sapientia opera stultitia?

Vers. 5.

dem suffuso frontis, quæ rebeat, aut paleæ facies, eligi in litigio iudicem; in ac in sententia, cordis vomere putredinem.

5 In diebus Ruth iudices iudicabant. Ruth. 1. 2. Quando iudices non iudicant? Inutile sanè munus, ubi iudicat affectus. Non iudicium, sed rationis debet esse iudicium: etenim si in iudicio iudicum non intervenit ratio; iudicium sine iudicio. Qui laborant cordiâ, idest, dolore cordis, cum læsione mentis, affecti sunt humoribus mordacibus venenatis. Ad Celsum, & Manget, in *Bibliothec. Medic. liter.* C. Hæc affectio civititer grassatur in iudices, præ dolore humoris intra viscera mordacis: & cum ex abundantia cordis os loquatur; in iudicio non sententia, sed languor vividè exprimitur: igitur malè iudex affectus expectantibus iudicium, præ molestia doloris indicat morbum. Sententia proferenda iuxta allegata & probata, non iuxta à iudice excogitata vel ficta; ne sit iure phantasiæ sententia: tunc enim non iudicis sunt iudicia: siquidem cum formata, quia concepta, sint à læso corde, & pravariata mentes ubi intendit ellicere mentis abstrusa iudicium, profert ex abrupto cordis affecti venenum. Furor est maior, dum non cognoscitur furor: maiorem quippe demonstrat furoris vehementiam, non cognoscere ut insaniam: deaurateque cupit iudex specie rutila iuris, in cuncta decreta phrenesit: etenim si ad actionem actio deficiat, ut possit damuare, fingit.

Ruth. 1. 2.

Iudici affectus in iudicio, cupit esse aqua cordis affectio.

6 Querulus (nil novi: nimis erat afflicto) exclamat ad Dominum Plates Regius: *Ufquequò peccatores Domine, usquequò peccatores gloriabuntur?* Quia pro illis iudices, tanta ac indigna sustinebunt innocentes? Exacuent impunè telum, ut sagittent in occultis & palam immaculatum? Proh dolor! *Sagittabunt* (subdit) *& non timebunt.* Nec timor, nec pudor? Videtur cautio, si sagittant in occulto, intentione malignantium: igitur in vulnus dirigitur telum; ut plagam innocens sentiendo videat, verum nesciat, unde veniat. Grana in sementem legitima. Unde ergo habet zizania? Parat calliditatis industria. Zizania nocent sementi, sed magis nocet, quòd nesciatur unde. Fusè agemus *Tautolog. seg. Didascal. 1. num. 15.* sagittæ sanè graves; sed amplius, quòd nil timeant iaculatores. Pro vexatione redimenda, instituta tribunalia, quorum ad voces clausa sunt ostia: audacterque im-

Psal. 93. 3.

Psal. 63. 6.

Math. 13. 27.

Iniuriarum vindices, iniuriarum pravi proscutores.

mactatum ei aculant, quin fidenter ullum periculum timeant; quoniam quos veri debebant iniuriarum vindices, erant iniquitatum protectores. Non tam acerbitatibus sunt oses innocentia, quam parafici atque assentatores iudici, malcentes vulnera viscerum, dum querunt alexipharmacum: igitur cum vulnera placeant; catervatim, certatimque studiosè sagittant. Abseset sanè epithima blandiminc iudicis: præ affectu cordis languentis. Scrutati sunt iniquitates, & defeccrunt scrutantes scrutationes, omnem lapidem fervantes: quin deficientes invenirent defectum post curiosum scrutinium, etsi studeret nequitia vel usque in deliquium animi: infirmatque sunt lingua eorum in depositione diligentium scrutantium; quia tellimonia operantium iniquitatem, in collatione sonabant contradictionem. Quid mirum? Deponebant quod scrutata nequitia, & confitum à phantasia: despectumque fuit embolium, quippe phantasticum.

Hinc sine formidina peccant.

Ibidem.

Genebrad.

Unde ex verbo communi que sunt.

Maligni ut crimen accusant, quod ipsi cogitant.

tionis causa: igitur uti crimen impudenter accusarunt, quod ipsi tantum, & sibi cogitaverunt.

8 Adhuc invidet malitiae virus, ut iudicis ægri intumesceret pectus. *Firmaverunt sibi sermonem nequam: se invicem monuerunt*, ne discrepant in dolos; simulque *narraverunt, ut absconderent laqueos.* Narrant, quippe non timent, audenter de iusto; quod illorum meditata est cogitatio. Si cogitarent & tacerent, propositum totius malignitatis præmitterent: notitiamque avidè seminant, de quibus mendaces cogitant; ut cuius caput non læditur, adimius lædatur honor; siquidem haud tandem prævaleret pravitas, ni ab innocente removeatur auctoritas. Malitia illorum auctoranda, ne cognoscatur malitia, nec proculcata fraudibus innocentia: & qua cogitant, turgide narrant; ne cognoscatur, quòd cogitant, atque pateat narratio, quòd deviat à veritate: equidem ubi prava affectio, quàm nulla fiat narrationis discussio; credent tanquam inconcussam, quod ab illis duntaxat præ nequitia excogitatum. Cogitant, & tute narrant. Quo intuitu quod sciunt fictum à se, ab his manifestum sic? *Narraverunt, ut absconderent laqueos.* Fugiant imposture penam, arte molientes iniuriam. Proferunt ex se, quasi non à se verbum, & retrahunt callidissimè manum. Laquei sunt verba voluntaria; qua dicuntur tam famæ, quam vocis murmura (de quo latè *Tautolog. 6. num. 45.* & *Tautolog. 10. Didasc. 1.*) dicitur nullo auctore malorum, verum cum iudice scelestorum: unde Ethnicus lib. 12. *Metamorph.* fab. 2. succinit.

Ibidem.

Narrant in dedecus uti verè, quod à se fictum.

Qua inducitur.

Millia rumorum, confusaque verba volutant.

E quibus hi vacuis implent sermonibus aures.

Hi narrata ferunt alio, mensuraque ficti Crescit, & auditis aliquid novus adijcit auctor. Ovid.

Clarent cogitationes malignantium, & narrationis propositum. Si non sunt in iusto iniquitates, sunt verò ad minimum voces: sint verba & verba, & exitus quosquos dederit fortuna. Hi laquei absconditi, nimirum, rumores falsi; igitur hac veruscia nequitia pectoris pravaler; quia distelle inventu, quis dixerit, vel non dixerit. Narranda cogitant, & cogitata narrant, simulque rumores seminant in pavorem innocentis, tutelâ circumscriptio: igitur vider pavidus tra-

Verba voluntaria quam nocent.

Am in accusationem, quod nunquam venit in mentem. Cogitant & narrant firmantes sermonem nequam: cuius entitatem astruunt, quia cuncti, quos monuerunt, dicunt & dicunt. Sciunt minime displicere auribus iniqui iudicis voces huiusmodi & multiplices voces, etiam cognoscat falsas; ut vel imagine fatiretur aviditas: Ut

Ovid. Umbra viri visa est: visum fera sevit in umbram.

Uti idem dicit ibid. lib. 4. fab. 18. Unde artificiose seminantur volatu mobiles voces; ut delectentur sono tyranni præprium avidissimæ aures. Hinc querimonia David: Usquequò peccatores Domine, usquequò peccatores gloriabuntur? Credet hoc quisquam? Quare via impiorum prosperatur? Etiam cœlestia cadunt in finum, felicia occurrunt ad votum & ultra votum. Os aperitur, & illic implentur: etiam scelestia diabolica cogitatio, ex sententia ad unguem cedit proposito. Quare? Usquequò? Donec triumphet iure ius: igitur prævalente apud iudices malitia, exibat semper & tribunali cum palma. Ars in meritum altruenda, quia est alia vita: & ut dicit vel Stoicus Epist. ultim. Bonam tuam habebis tunc, cum intelliges infelicitissimos esse felices: & Ovven. lib. 2. Epigram. 165.

Infelicitissimi peccatores felicitate.

Senec.

Bonam tuam habebis tunc, cum intelliges infelicitissimos esse felices: & Ovven. lib. 2. Epigram. 165.

Ovven.

Labitur indocto populus sub Principe, sicut

Præ capitis titubant ebrietate pedes.

9 Haud David in cordis recedit quietem, quoniam Dominus diligit iustitiam & aequitatem. Usquequò? Usquequò captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt? Nunquid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Quæ sedes iniquitatis, si sceleri nulla sedes? In nulla sede moratur, etiam in sede collocetur. Datur utique iniquitati sedes, ut constet persistencia iniquitatis: igitur ita dilecta, ita à visceribus fota; ut non solum detur locus ubi appareat, sed ubi sine timore pacificè sedeat: perperam iustitia fedebat in litis discussione à dextris iudicis, dum iniquitas sufficeret sine timore expulsiōnis: fedesque iniquitati signatur, ut expulsiō iustitiæ à tribunali signetur: etenim si malum, in exedris iustitiæ expulsiō; pessimum, quando iniquitas collocatur in folio. Hispan. Malo, que la iusticia se arroge; lo peor es, que la maldad se entronice. Sedes iniquitatis? Uti que, quia Deus averfatur iniquitatem sedis: &

Psal. 93. 20.

Iustitia, fugit, ubi iniquitas sedet.

pro sede iudicis, sedes meditanter dicitur iniquitatis; quia ita iudicis ex abusione pravitas; ut ubi ille sederit, sedeat aucto-rata iniquitas. Clamat innocens & captatur in pœnam: quæritur, & sanguis effunditur in vindictam. Sic illa alia apud Nafonem lib. 9. Metam. fab. 3.

Si qua fides miseris, hoc me per Numina iuro,

Non meruisse nefas: patior sine crimine pœnam.

Viximus innocua.

Nulla est causa, sed pœna innocentie prompta à iudicis detestabili malitia; quin sit recurfus in solamina questus: quandoquidem sedes prominet iniquitatis, quæ debebat esse iudicis. Pœna est, & maior à iudice, quam à molestia cruciamine, vulneratione iustitiæ: equidem cum sedeat in folio iniquitas, quo iustitiæ dirigebat integritas; nequitia & non iudex pro iudice collacatur: in folium enim aconditur, habetque iudex tribunalis tantummodo sedem; ut iudicis titulo machinetur strophicè solerter iniquitatem.

10 Verum inquirendum de connectione verborum. Non adhæret Deo sedes iniquitatis, seu iustitiæ pulchra species; quia rectissimo iudicio fingit ille laborem in præcepto. Quid quod sit vel non sit in præcepto opus laboris, ut Deo iudici displiceat iniquitatis sedes? Quia displicet nefas in iudicatura; ex præcepto qua veritas in litigium est erueda. Iuramento extorquetur occulta veritas, ut minime lateat transgressoris iniquitas. Scit iudex causam innocentis felicem, sed malignitate cordis renuit testibus comprobati veritatem. In examen urgetur, invitè trahitur: quoniam si constat verum, eius etiam cognoscetur embolium; præceptumque fingit, & laborem in præcepto non imponit; ut innocens sine testibus damnetur, quia qui testes non testantur: unde sedes iniquitatis habetur odio ab imponente laborem in præcepto; quia cum Deus, ut liget, imponat, & ut veritatem è caligine eruat; atè sedere iniquitatem in iudice, hincine demonstrat modus veritatis explorandæ: quandoquidem plus momenta pretiosæ evanescent veritatis, suo velamine vasferro amplioris inquisitionis. Insuper. Perturbare innocentiam enixim iudex intendit; & callidè in veritatis informationem recurrit; quo ex interrogandi modo, fit ad placitum iudicis informatio; vel quia quærit incongruum, vel quia prætermittit

Ofid.

Malum, si sedes iniquitatis, que sedes iudicis.

Ibidem.

Artes perverfi iudicis.

rit verum; vel qui testes dependentes deponunt, vel denique quia scripta, quæ non testantur: & ex præcepto acque iuramento ficto, irritatur qui laborem semper ponit in præcepto; quippe execratur quasi sacramento factum, quod sub iuramento fictum.

11 Ulterius. Haud quiescit index, si cadat innocentia, ni detur in damnationem vel ficta causa. Deus fingit laborem in præcepto: iniquus iudex ex iniquitatis fede, fingit dolo præceptum in labore. Fictio laboris in præcepto à Deo imponitur, ut meritum actionis augeatur; ita ut labor in obediēte, sit in onus quasi fictus; & honor ex lucro verus. Præceptum in labore est opus tyrannidis, causam in actionibus sine actione querentis; ut puniat tantum inobedientiam, vel ipsam ficti præcepti observantiam: & qui imponit in præcepto opus laboris, laborem præcepti notat ut sedem iniquitatis; quippe iudex insolentem in laborem subditorum, fingit posuisse præceptum. Aptè igitur sedes tunc notatur iniquitatis, & nequaquam sedes iudicis; siquidem scire præceptum fictum, & plectere quasi impositum, maculat innocentiam atque latente pro iudicio nequitia; haud credi potest de iudice homine, sed de furioso, effrenatissimo dæmone.

Protervitas in nequitia.

Apocal. 2. Alapid.

Verf. 10.

Non est bono, sed dæmon.

construit laboriosè malitia pectoris, ex proprijs visceribus venenatis: & quæ in visceribus toxica, non sunt toxica, dum reia; quoniam malitia compescitur, dum vulneribus vita innocentis sanatur: iudicisque simul ita immutatur naturæ condicio, ut minime appareat homo, nec index, nec legis vultus; sed dæmon furiosus dignitate larvatus. Pende, dæmonium non vocari, sed diabolum. Dæmon idem est ac princeps: diabolus, accusator, criminator; dicuntque iudicem diabolum, etiam esset in dignitate dæmonium; ut claret nequitia pectoris ex inflatione occurrentis dignitatis: igitur tanta aversio in innocentiam, eò inhiabat furenter in vindictam; ut omitteret princeps officium iudicis, atque in munere sumeret officium criminatoris.

Amittitur iustitia dæmon, quando index criminator.

12 Brevi expressit Benedictus in iudicis cognitionem, docilem vel pravam indolem. Abbas (inquit, Regul. Sanct. cap. 2.) qui præesse dignus est. Non qui præest, sed qui dignus est præesse, ille præest in dignitate: equidem non dignitate munerum, sed pretiositate dotium. Non præest, qui præses regit, sed qui dignus dignitati congruit: igitur qui præest, ni dignus; non erit præses, sed diabolus. Haud prudentiam manus tribuit: potius adimere solet; dignusque meritis fit, nequaquam quia solum præest; etenim qui præest, quoniam præest duntaxat non præsidet sed delirat: pro sede quippe auctoratissimi præsidis, obijcitur sepe thronus & sedes iniquitatis. Qui præesse dignus est, in dignitate præses: qui quia præest sibi videtur dignus, non dignus planè videtur; quoniam non ille dum præsidet, in sede iudicij sedet, sed pro illo vel in illo iniquitas sedem habet. Qui dignus præesse, putam fovet intentionem vel in correctione subditorum: qui quia præest, videtur dignus, habet cordis ægritudinem in gravamen innocentium, studens dignitari, sine qua nullus; quoniam per manus ipse est & etiam est alius. Ipse, quia dignitas indigno haud communicavit merita: alius præ dignitate prævalente nequitia: igitur diabolus & non homo, perverso iudicio & cerebro, qui in sede extra sedem, magis quam veritatis, inhiat innocentium supplicio & criminationi.

S. Bened.

Discrimina inter præsedem dignitate, & inter dignum præesse.

14 In Hieroglyphicis Ægyptiorum invenitur apud Horum Apollin. lib. 1. cap. 38. Magistratum, aut iudicem quum designant; appingunt canes. Regiam vespem,

Hor. Apollin.

Pier. Val.

sem nuda figura appositam. Pier. Valerian. lib. 5. cap. 15. *Canis hieroglyphicum* (inquit) *cum diademate, sive fascia, vel amiculo, reliqua corporis facie nuda.* Pessimus iudex figuratur, quavis infulis ornatur; sed vivide pingitur: etenim idem, dare insignia pravo iudici, atque proijcere cani. Canis conditio est mordere; & venenose, si afficitur rabie. Iudicis insignia, uti toga ac vestis regia, alliciunt iniuriam querulum, ut properet in iudicium decipitur miser in cogitato recursum, dum dolere faucibus de dolo; quippe invenit mortuum canis, quum cupit officium iudicis. Instrumentis officij iudex exultat canis adinstar, & audet, innocentiam quoque mordere gessit, quia ornatum muneris nititur; & auctoramine parvasialtes inverecundus defenditur, prorsus ministerij indignus, quo insanè periculis in procacitatis ausus: etenim sine muneris pravæ fortis protectione, non solum non auderet tenax mordere; verum nec in lacratum os timidus aperire. Obtegatur fascia, qua obnubitur & figura & impudentia: unde detractu ornatum, ac dignitatis venerabili velo, in tribunali picturati iudicis, apparet figura canis. Qui ut homo in Syndrium assumitur, in canem cordis rabie agitatus convertitur, dissimulat canis conditione splendore rutila, micantibus fascia. Quia infulis filtratus, atque crotalis munitus, intrumescit è fastu, inflatur è culta: hunc mordet, hunc figit, hunc laniat; hunc devorat: ut afficti torqueantur dirius, vehementius, in tribunal iustitiæ tendentes oculos: siquidem desiderantes præ cruciamine iudicem; in iudice prorsum inveniunt cruciamen, ac entitate canis, vestem muneris & nomen. De Proëmphanis habentibus canem pro Rege, dicemus, T. 6. D. 4. n. 13.

15. Modò enucleanda iudicis pravi ex emblemate malitia. Canis figura ornatur insignibus iudicis, verum nuda amiculo parte pectoris. Facie quasi cauda blanditur, pectoris ostensione quasi obsequitur; & tunc Autolici, seu Epei machina extruitur, cum mœore innocentis & exultatione mordacis callidissimi iudicis: igitur intendens avidè candidus in pectus nudum, offendit infelix in iudicem canem rabidum. Pingitur Monarchia Persarum à Daniele, dicente: *Eccc bestia alia, similis urso, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Lamentabile omnino, & in principatus ignominiam, quòd sequeretur etiam be-

Pravus, canis est, & ab profus.

Et canis rabidus.

Dan. 7. 5.

stia post bestiam: simulque in dedecus dignitatis, cognosci in throno principes tantum per dentes: quandoquidem si obvia pabula, comedebat, & vorabat uti bestia. *Tres ordines erant (subdit) in ore eius.* Ordines potius in aure, quam in ore: & apè signantur dentes, ac præsupponuntur aures; quia audita ex prima bestia ordinis cuiusvis notitia, ecce in procinctu alia bestia, que dentibus lacerabat, quos prima bestia mittebat. Aliqui symbolum intelligunt de Cyro, à cane lactatus, uti videbitur, *Tautolog.* 4. num. 10. Alij de Canbyse, eius filio, qui ab Ægyptijs dicitur Afinus: cuius scommate percussus, furenter dixit & implevit opere: *Hic afinus vestrum devorabit bovem.* Vide Dionem, tarmeti Plutarch. de *Isid.* & *Orisid.* tribuat Artaxerxi Ocho: at apud clasicos AA. expugnatione Ægypti, & Apis bovis percussio, Cambysis fuit operatio. *Briet. Ann. Mund.* 3532. & Iustin. *Histor.* lib. 1. Ille qui afinus, in dignitate notus: siquidem qui bestia erat in privata fortuna, in throno alia quasi dupliciter bestia. Patet: simulatque arripuit regimen; quantumvis afinus devoravit bovem. Timendus utique, dente potens atque ventre. Pro *Ordines*, Theodorus ret. legit: *Ala. Ala?* Unde? Hand tanta esset in devorationem audacia, ni alas tener haberet à bestia prima. Ala in dentes? & tres ordines, ut non solum comminueret, sed devoraret. *Eccc alia bestia*, cuius nomenclatura à dente, quippe ala data ex ordinibus à bestia superiore. Post bestiam stolidam stolidissima bestia, ita ut acceptari possint vetula vota, Dionysio tyranno vitam longiorem precantis: equidem molestissimum subditis, expectare principem in iudicium, & videre ferum ursum cum triplici ordine dentium. Nostrates: *Mirar un oso en las dignidades con tres ordenes de dientes.* Hi nati profectò in bestiarum, atque belluarum consortium, haud in humanum commercium: siquidem ut emineat potestatis auctoritas, dant veniam corvis, vexant cenfurà columbas: itaque variant in tribunali iudicia, ut forment candida de nigris, & de candentibus atra. Clamat innocentia. Quid interest? Iusti humiliter accedunt, & proteruntur? Dicit pravus, quod Hyppolytus, apud Senecam in *Traged.* v. 564.

Detestor omnes, horreo, fugio, exsecror. Sit ratio, sit natura, sit dirus furor. Odisse placuit.

Latentes sed devationes inter pravos iudices.

Plutarch.

Cur signatur per dentes, & bestiarum conditionem?

Theod.

Feri sunt urfi innocentiæ voraces.

Seneca

DIDASCALIA IV.

Mala profectio causa, quum ab amore irato datur sententia.

Quousquè palam causa, cæci nonnulli inhiant transitoria, quos taxat Sroicus *Epist.* 123. *Inde* (inquit) *ad hæc pervenitur verba: Virtus & Philosophia & iustitia, verborum inanum crepitus. Una felicitas est, bona vita: facere omnia liberè, frui patrimonio. Hoc est vivere: hoc est, se mortalem esse meminisse. Fluant dies, & irreparabilis vita decurrit. Quinimò utique quæ iterant illud Lucani, 4. Pharsal. V. 491.*

Lucan.

Hæc cogitatio lactat deceptos, felicitate infensatos, quousquè morte visa causa ex perditissima, veniunt in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex adversos iniquitates ipsorum. Ut longe abire huiusmodi timor, à nonnullis Ethnicis inferni abolitus terror; etenim gravius propenderent in illecebras victorum, abque ulla prorsus suspitione cruciaminum. Simonides:

Nihil ad inferos nisi sonus transit inanis. De huiusmodi argumento late egimus *Tom.* 4. *Tautol.* 6. à num. 32. quod astruit *Lucretius* lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 1015.

Cerberus & furia iam verò, & lucis egenus Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus; Hæc neque sunt usquam, neque possunt esse profectò.

Falluntur: equidem iudicio constabit, vixisse sine iudicio, immemores peenæ, immemoresque gloria.

Dum motis iterum reviviscant corpora membris,

Tunc hominis prime pensare premia vita.

Incipiant, crimenque suum, culpasque putare,

Et poenis retinere, procul de morte futuris, Iudicijque Dei memores asperare piorum,

Expectare suam, suorumque ex crimine penam:

Funditus aut pecorum sine nomine vivere vitam,

Incausumque Deo iam sardo funderet setum.

Sacerdos ita Tertullianus, de *Dei iudicio*, cap. 4. *pietas ubi Deus sardus, qui ita pius, ut afflicto*

cordi adesset, antequam præ dolore clamaret! Utiq;e. Homo abusus eius amore: exardefcitque pietas, ubi ex amore efformatur iniquitas.

2. A throno iudicantis procedebant fulgura & voces & tonitrua. Tonitrua, ut fragore cor hominum è somno ferreo excitaret; voces, ut audiret; fulgura, ut illuminaret. Alij: *Fulgura & voces & miracula.* Vide *Lyranum* hic. Nihil mirum in divino amore, sufficere miraculum pro fulmine, dum irascitur in homines, indignationem eius accendente stimulo iniquitatis: igitur in quos tantum amoris studium; vel leve supplicium exponitur ut miraculum. Amor incumbit nonnunquam in gratias, ut transeat, & non subsistat iniquitas: verum cum gratias perfussent, quibus scelera placent; in expressionem iustissime indignationis, fulgura permutantur in activitatem fulminis, quo in mortem atque damnationem eximia dilectio micat; quoniam ingratos suffocat, radijs queis illuminabat. Olim amor ornabatur fulmine apud Ethnicos, uti in eius *Imagin.* fol. 334. notat *Vinc. Chartarius.* Qui hamatis sagittis, ut traheret corda, dulcia ferebat arma; non tantum gaudet face, sed etiam fulmine? Insignia sunt irati amoris, ac iniuriæ vindicis: etenim despectus dilectionis vehementior, si in dilectos è corde succenset amor. Illuminat, ut corda trahat; ronant, ut excitet corda. Recedunt, sed blande suscipit: fugerunt, sed benignitate traxit. Indulst, quippe figmentum cognoscit: verum iterum recesserunt in cupita, quia in pectore amoris occurrit indulgentia. Unde cum agrè ferat, ex gratia confici iniuriam, currit iratus in urentem flammam, expellens è pectore, quos gratijs volebat trahere; ut constet quanta indignatio ex amore despecto, atque gratiarum abusu: equidem dilectionis dulcissimum fomitem ingratitude transformavit in fulmen. Fulmen in supplicium est, de quo non cavebat, quia semel indultum, humanum cor; cum voces admonerent, ut à facie arcus penituntine fugerent. Iam enim ista completa, quum renuerent amore reverti corda: vocesque videntur ut flamma fulminis; quia noluerunt procaces audire voces. Penitudo quibat extorquere fulmen è manu iustitiæ, quo intuitu fulgura multiplicavit in quiete: fulguraque secutum est fulmen, exprimens amoris indignationem; quippequam fulmina ridentes vidit, cum ful-

Apoc. 4. 5.

Miram in Dei pietate supplicium.

Amor cum fulmine.

Transformat in fulmen gratiarum fomitem.